Locum primum tenet Sol, quia præeſt diei: ſecundum vero Luna, quia præeſt nocti. 940.

Dies apud Eccleſiaſticos dicti ſunt Dominica, Feria prima &c. ex inſtituto Silveſtri Papæ. 952.

Ita numerant Poloni, Bohemi: Hungari etiam ſine nomine Planetarum dies diſtinguunt. *ibidem.*

Græci a die Dominico diem ſecundum, ter-

D I G

DIGITORUM conformatio in Sacerdotali benedictione. IX. 1162.

Digitis micabant מצביעין, in ſortitione miniſterii ſacri. XI. 634. XIII. 960. Vide Decineratio, Altare, Candelabrum.

Digitus Sacerdotis quando nominatur, intelligitur præciſe digitus manus dexteræ. XV. 1060. XIX. 6.

Digiti immerſio in ſanguinem in ſacrificio pro peccato interiori, reddebat ſacrificium illegitimum. XIX. 158.

Alii Rabbini aliter ſentiunt. 160. Vide Sanguis. Aſperſio.

Digitus, minima omnium menſurarum apud omnes nationes. XXVIII. 74.

Eſt quantitas latitudinis ordinarii digiti per latum æqualis. *ib.*

Seu eſt quarta pars palmi minoris. *ib.*

DIGNITAS regia & Pontificia quamdiu apud Judæos conjuncta fuerit. XII. 15.

Dignitas Pontificalis, quanta. XII. 153.

Dignitas regia & pontificia, num apud Judæos perpetuo conjuncta, ut quidam ex veteribus tradunt. 304.

Dignitas Aharonis. XIII. 548. Vide Aaron. Aharon.

Dignitates inter Hebræos erant hereditariæ. 835.

¶ Dii cur pingi ſoleant cum inſtrumentis Muſicis. XXXII. 1030. Cetera Vide Deus. Elohim. Idola.

D I L

DILECTI ſex ſunt vocati, ſecundum Hebræorum ſententiam: Deus, Beniamin, Salomon, Iſraelitæ, Domus Sanctuarii, Abraham. XV. 964.

Δήλωσις, δῆλον, δῆλος. XII. 603. 617.

DI-

porcarius Judæi cujuſdam, ita ut famuli illius Rabbini alapis eum cæderent. XXI. 1177.
Aſſumtus ad Imperium eos de hac re punire volebat, ſed ſe purgarunt. *ib.*
Monumentum exſtruxit Tyri. 1178.
Diocletianus teterrimam perſecutionem movit Chriſtianis. XXVIII. 856.
Quamdiu regnaverit. 915.
Ab eo Chriſtiani numerabant annos ante æram Dionyſianam. *ib.*
In hoc multum hallucinatur Scaliger. *ib.*
Habuit collegam Maſſimianum. 919.
Anno Chriſti trecenteſimo quarto, imperii ſui vigeſimo, abdicavit Imperium. *ib.*
Ejus perſecutio in Chriſtianos. 921.
Quando ea cœperit. 923.
Diocletianus Imperator primus edicto juſſit, ut quiſque proſtratus ſibi oſcularetur pedes. XXX. 1178. 1204.
Gemmas veſtibus, & calceamentis plurimas inſeruit. 1204.
DIODORI Siculi de Herodoto judicium. XII. 595.
Diodori & Æliani ætas. 752.
DIOGENES nudis pedibus calcabat nivem. XXIX. 989.
DIONYSII Syracuſani nummi. XXVIII. 1386.
Expulit e tota Sicilia Cartaginienſes. 1386. 1387.
DIONYSIUS Halicarnaſſeus deſcribit fertilitatem Italiæ. XXIX. 11. Vide Æra.
DIOSCORIDIS locus de Balſamo caſtigatur. XI. 293.
Dioſcoridis locus de Onyche. 324.
Et de Malabathro. 332.
Et de Galbano. 336.
De Thure. 338.
De Myrrha. 368.
De Nardo. 396.
De Cypero. 401.
De Croco. 406.
Diſcalceatio recitabatur Lingua Sancta Hebrea. 686.
Diſcalceationis præceptum præcedit præceptum leviratus. 850.
Diſcalceationis religioſæ in loco ſacro illuſtratio. XXIX. 897.
Quatuor circumſtantiæ, in quibus fiebat diſcalceatio. *ib.*
Moyſi atque Joſuæ Deus ipſemet juſſit diſcalceationem. *ib.*
Quidam Rabbini putarunt allegoricam Moyſis & Joſuæ diſcalceationem fuiſſe; & nihil aliud ſignificaſſe, niſi ut terrenas cogitationes deponerent ex animo, ſicut deponuntur calcei, quando extrahuntur. 918.
Eorum argumenta adducuntur. *ib.*
Rationes, cur Moyſes juſſus fuerit ſe diſcalceare juxta doctorum Chriſtianorum ſententiam. 920.
Cur Deus quamvis poſtea toties Moyſis apparuerit, nunquam illi juſſerit amplius, ut calceos ſuos deponeret. 921.
Hinc mos manavit, ut Hebræi ſacerdotes in Templo eſſent diſcalceati. 925.
Si diſcalceatio pedum ſacerdotibus nocebat, erat præfectus ægrorum, hoc eſt medicus, qui illis medebatur. 931. 951.
In Eccleſia Catholica fuit error quorumdam, qui dicebant, oportere ſemper nudis pedibus incedere. 932.
Diſcalceatio aliena erat ab Ægyptiorum moribus. 634.
Diſcalceatio adhibita fuit vel ob religionem, vel ob aliquam gravem cauſam. 936.
In negotio Leviri fiebat diſcalceatio. 937. 967. 1019. Vide Leviratus.
In redemtionibus rerum immobilium fiebat item diſcalceatio. 937. 968. 1020. Vide Contractus.
Fiebat etiam diſcalceatio in calamitatibus. 939. 1011.

Et

988.
Diſcalceatio in Leviratu ignominioſa erat. 1020.
Differentiæ inter diſcalceationem Leviratus, & diſcalceationem contractus. 1022.
DISCALCEATI veteres in mœrore incedebant. XIII. 410.
Item captivi. 411.
Judæi etiam diſcalceati incedebant in luctu & funeribus. 415.
Diſcalceati pedes in luctu. XXXIII. 190. Vide Luctus.
Diſcalceata mulier non poterat duci in matrimonium a Sacerdote. XXX. 219.
Diſcalceata non poterat cogi ad bibendas aquas amaras. 650. Vide Adulterium.
DISCINTURA quid eſſet explicatur. XIII. 373.
DISCIPLINA in omnibus rebus neceſſaria. XXVII. 293.
Præcipue vero in militari re. *ib.*
Exempla hujuſmodi diſciplinæ exſtant in hiſtoria Romana plurima. 295.
DISCIPULO coram magiſtro docere vetitum. XI. 494.
Sed ille debet abeſſe duodecim milliaria. *ibidem.*
Diſcipuli, & Prophetarum filii quatenus ad pedes magiſtrorum jacebant. IV. 1278.
Diſcipuli quibus exponebatur Lex divina, vocabantur filii. XV. 520. 860.
Æquiparantur ciſternæ. 588.
Et Puteo. 590.
Stare capite aperto ante magiſtros diſcipulis non licebat. XXI. 822.
Hodie non licet eis ſtare capite operto. *ib.*
Diſcipuli primum ingreſſuri in ſcholas pater manum capiti imponebat, eique benedicebat. 834.
Diſcipulorum Hebræorum ardor in ſtudendo laudatur. 848.
Vetabantur illis inſolita jejunia. 849.
Diſcipulus non poterat docere conſtitutionem niſi accepiſſet facultatem a magiſtro. XXV. 356.
Neque docere poterat in loco, ubi erat magiſter. *ib.*
494. Vide Diſcipulus.
Diſtantiæ locorum. Vide Intervalla.
Diſtantia parietum Atrii a muris montis Templi, quanta fuerit. IX. 10.
DISTENDI τυμπανίζεσθαι, quid ſit explicatur. III. 386. XXVI. 255. XXXII. 502.
Diſtentio quale ſupplicium. Vide Diſtendi.
DISTRIBUTIO a quibus fieret. IX. 176.
Et ubi fieret. *ib.*
Diſtributio panum propoſitionis inter Sacerdotes. X. 947.
Quando demum ea fieret. 1099.
Et inter quos ſacerdotes præciſe. 1101.
Vide Diaconus. Collector.

D I T

DITONUS, Δίτονος explicatur quid ſit. XXXII. 10. 599.
DITYLI hoc nomine appellantur Camelii, habentes duas gibbas. XXIX. 229. Vide Camelus.

D I V

DIVES fieri ſolebat, qui Suffitum adolebat. XI. 806.
Id utcumque verum, contigit in Zacharia patre Præcurſoris. *ib.*
DIVINATIONIS ſedem eſſe Jecur Plato tradit. XXXII. 189.
Et eos vaticinari, qui prudentia uti nequeunt. *ibidem.*
DIVINATIONUM & χρηματισμῶν nomina, ſpecies, origo, tempus. III. 334.
Divinationum phrates explicatæ. IV. 592.
Divinatio vetita. XV. 720.
Divinationes Babylonicæ illuſtrantur. XXIII. 431.
Divinatio complectitur artem omnem, quæ exercetur ad inquirendum futurum. 435.
Poteſtque ſignificare artem bonam & malam. *ib.*
Divinatio eſſe poteſt etiam, vel media, vel mala. 436.
Media erit, ſi ex circumſtantiis conjiciat eventus futuros, ut per ſomnia, per ſortes, cum precibus, quemadmodum fecerunt Apoſtoli. *ib.*
Di-

...bat, evocans ſpiritus damnatos. III. 340.
DIVISIO Sacrorum Bibliorum in verſiculos. I. 259.
Et in Capita. 264.
Diviſio individuæ Deitatis unde manarit explicatur. III. 302.
Diviſio quomodo fieri debeat inter fratres. XXX. 426. Vide Fratres.
Diviſio fiebat ſorte. 442.
DIVITIAS Hebræi appellant Robur, vives, iniquitatem, curam, moleſtiam. XXVIII. 1323.
Divitias acquirere ſolebant, qui ſuffitum adoleviſſent. XI. 806.
Id utcumque verum in Zacharia. *ib.*
DIVORTII in cauſa danda, vix conveniunt Judæorum Magiſtri. III. 419.
Multæ hujuſmodi cauſæ recenſentur. *ib.*
Divortium fieri non poterat, niſi ex ſingulari Legis permiſſione, ſive repudii cauſa. XXVII. 1085.
Ad faciendum divortium, non erat neceſſarius conſenſus utriuſque partis. *ib.*
Sanctiones Imperiales, ac multo magis Pontificiæ derogarunt libertati divortii. *ib.*
Poterat vel vir abjicere domo uxorem. 1086.
Vel uxor abire. *ib.*
Libellus divortii appellatur ille, quo vir ſignificabat uxori, ſe illam rejicere. 1087.
Vel uxor ſe relinquere maritum. *ib.*
Mulier apud Hebræos non poterat legitime maritum relinquere. *ib.*
Poſtea tamen hic mos introductus fuit. *ib.*
De divortiis & ſponſalibus materia apud Hebræos eſt percelebris. XXX. 5.
Divortia ſunt ſigna amoris, & odii. *ib.*
Divortium eſt ſpeculum corruptionis, & everſionis naturæ. *ib.*
Materia de Divortiis & Sponſalibus pertractata fuit a multis viris doctis. *ib.*
Divortia, dicunt Hebræi, non ſolum ſunt permiſſa, ſed etiam præcepta. 76.

Si mulier non inveniebat gratiam c...
viri ſui. *ib.*
Si vir illam odio haberet. 86.
Quidam etiam antequam nuberent ...
bellum repudii. 87.
Et quoties ſibi libuiſſet, illum mitte...
rem. *ib.*
Divortia fiebant ad libitum. 88.
Et quæcumque cauſa videbatur ſuffic...
Multæ leviores cauſæ divortii afferun...
Etiam præſumtiones quædam ſufficieb...
pudiari poſſet uxor. 90.
In his tamen caſibus maritus poter...
vel non mittere libellum repudii ...
ibidem.
Si uxor inventa fuiſſet proſtituere c...
ſi vir id audiret a viris fide dign...
tur etiam per judices divortium cu...
re. *ib.*
In Divortiis tamen erant mulieri dan...
nes, ſeu dos propter nuptias. *ib.*
Sed mulier confitens ſuam infamiam, ...
tiones amittebat. *ib.*
Si quis fiat apoſtata, infidelis, hæret...
ab eo ejus uxor libello repudii ſep...
Immo adigitur vir ad hoc per ...
Chriſtianum. *ib.*
Etiam ob vitia corporis dabatur libel...
92.
Numerantur hujuſmodi vitia. 93.
His divortiis decernendis nulla magiſt...
ritas intererat. 93.
Sed fiebant ſola viri voluntate. *ib.*
Divortia apud Hebræos hodie ſunt rar...
Divortio facto, uterque conjux potera...
nium inire cum aliis. *ib.*
Libellus divortii per vim factus, nullu...
Num Chriſtus & Moyſes circa divo...
contrarii. 102.
Divortia a Deo per Moyſem non fuer...
pta. *ib.*

Quæritur, quænam fuerit hæc Moyſis de divortio permiſſio. 109.
Reſponſio. *ib.*
In lege Moyſis nihil exſtat, quod reſpiciat modum repudii, & libellum. *ib.*
Ipſi Judæi hunc modum, & libelli rationem invenerunt. *ib.*
Sicut Deus quædam permiſit, ut conſuleret indoli Hebræorum, quemadmodum de femina bello capta; ita Moyſes hunc morem permiſit. 110.
Quæritur, utrum cauſa allata a Chriſto, ſit contraria verbis Moyſis. 111.
Moyſes dixit non quid eſſet juris in divortiis, ſed quid facti. *ib.*
Chriſtus interrogatus a Phariſæis de juſtis cauſis divortii, non opponit ſermonem ſuum Moyſi. *ibidem.*
Sed Phariſæis perperam Moyſis verba interpretantibus. *ib.*
Singillatim expenduntur verba Chriſti. *ib.*
Chriſtus immo reprobat divortia cum dicit, debere hominem nunquam dimittere uxorem ſuam, & quod Deus conjunxerit hominem ſeparare non poſſe. *ib.*
Chriſtus docet, quando ſit faciendum divertium. 115.
Et non quacumque de cauſa illud eſſe faciendum. *ibidem.*
Libellum repudii, in quo dabatur, licentia uxori repudiatæ nubendi cui vellet, reſervata ſibi a viro aliam uxorem eligendi facultate, Chriſtus oſtendit eſſe minus rectum. 117.
Ex verbis Marci Evangeliſtæ quidam colligunt, etiam uxorem potuiſſe dare libellum repudii viro ſuo. 118.
Sed dici poteſt, hoc ſignificare potuiſſe, eas expoſcere a viris ſuis hujuſmodi libellum repudii. *ib.*
Quæritur, cur Chriſtus permittat viris dimittere uxores ob fornicationem; ſi mulieres adulteræ ſunt reæ mortis. *ib.*
Reſpondetur, Chriſtum ea loqui juxta interrogationem Phariſæorum, qui putabant ex quavis cauſa divortium eſſe permiſſum. *ib.*
Quartum argumentum [illegible] qui ſunt quinque; quibus non obtentis, dimittatur uxor. 130.
Reſpondetur, hos fines non eſſe de eſſentia matrimonii. 131.
Quintum argumentum, Prophetæ non reprehendunt Judæos de divortiis, ergo ſunt licita. *ibidem.*
Multimode huic objectioni reſpondetur. 132.
Sextum argumentum: Deus præſcripſit modum dimittendæ uxoris. 133.
Negatur Deum iſtud præcepiſſe. *ib.*
Etiam Abraham expulit Agarem. 134.
Ita: ſed Agar fuit concubina. *ib.*
Septimum argumentum: Deus permiſit viro ſecundo uxorem repudiatam. 135.
Reſpondetur negative. *ib.*
Octavum argumentum ex auctoritate Ariſtotelis, dicentis ſponſalia inſtituta fuiſſe, ut ſponſi ſeſe agnoſcerent: at ſponſalia cum dirimantur, etiam matrimonium tolli poſſe. *ib.*
Reſpondetur, non agi hic de re Philoſophica, ſed morali & ſacra; & auctoritatem Philoſophi nihil valere: aliud eſſe ſponſalia, aliud vero matrimonium. 136.
Nonum argumentum: Materia in matrimonio eſt femina, forma eſt vir: ſed in rebus naturalibus materia & forma ſeparantur. 137.
Reſpondetr hoc argumentum eſſe ſymbolicum, & nihil probare. *ib.*
Matrimonium cum ſit typus amoris Dei cum Eccleſia, & Deus nunquam deſerat Eccleſiam; vir adhæreat uxori ſuæ, nec divortium quærat. 141.
De dimiſſione, qua Joſeph volebat dimittere Mariam. *ib.* Vide Joſephus.
Libellus repudii debebat fieri ſolemniter. 149.
Exemplar libelli repudii. 157.
Libellus repudii non erat neceſſarius ad dimittendam ancillam. 234.
De Divortio. 307.
Affertur lex & explicatio ejus ex Jonathane, & Siphre. *ib.*
Libellus repudii, qui non ſit ſcriptus nomine uxoris, eſt illegitimus. 311.

Si

DOCH, caſtrum ubi captus fuit Simon Machabæus. VI. 1042.
DOCERE an temulento licuerit. VIII. 1048. Vide Diſcipulus.
DOCTORES Ghemarici. VIII. 724.
Doctorum Miſnicorum, atque Ghemaricorum ſectæ. I. 141.
Doctores Hebræi commentitia innumera ſibi præcepta finxerunt. 175.
Doctores, & litterarum periti magnis privilegiis ornabantur apud Hebræos. XXI. 129.
Doctor primus fuit Joſua, creatus a Moyſe. 783.
Doctor debet benedicere Deo ob tria beneficia. 1025.
Primo, eo quod factus non fuerit gentilis. *ib.*
Secundo, eo quod non ſit plebejus, ſive indoctus. *ib.*
Tertio quod non fuerit creatus femina. *ib.*
DOCTORATIS peculiare capitis velamen ponitur. XXIX. 606.
Ante Innocentium Quartum velamen Doctoratorum erat galerus ruber. 607.
Sed hoc inſigni ille decoravit Cardinalitiam dignitatem, & proinde mutatum eſt. *ib.*
Doctoratis in Theologia imponitur nigrum velamen. *ib.*
Jureconſultis rubrum. *ib.*
Medicis violaceum. *ib.*
Redditur horum galerorum diſtinctionis ratio. *ib.*
Doctorato a Magiſtro datur oſculum. XXX. 1181.
DOCTRINA ſine opere non ſufficit. XIV. 1322.
Doctrina præſtantior eſt opere. XV. 556.
DOCTUS non debet eſſe ambitioſus. XXI. 1026.
Debet ſtudere utilitati proximi ſui. *ib.*

DOLICHUS, menſura longitudinis continebat ſtadia duodecim. XXVI
DOLIUM Pariſienſe habetur æquale cubicis Pariſinis. XXVIII. 127.
Dolium Romanum non habuit certa 613.
Erat & eſt vas adhibitum ad ſervan *ibid.* Vide Cadus. Et XXIX. 434.
DOLORES Meſſiæ. XIV. 302.

D O M

DOMINICÆ Sanctificatio ab ipſa Apo ditione ortum ducit. I. 605.
Dominica quæ eſt dies octava Paſcl catur Dominica in Albis. XXIX.
DOMININUS philoſophus cum eſſet h Æſculapii ſomnio parens ſuillas c dit, quibus ſemper veſcens ſanatu 1545.
DOMINIUM rerum indultum a Deo poſt Diluvium. XXVII. 1193.
Hinc etiam datum hominibus jus nium transferendi, permutandi, r *ibidem*.
Interdum Deus jure ſuo hoc dominiu lit ab uno in alium populum, nu ctibus præviis. 1196.
Sic terram Chanaham tranſtulit ad *ibidem*.
Dominium hoc varie temperatum f civili juxta populorum varietates.
Dominium acquiritur per ſimplicem nem. 1210.
In res deperditas intra aliquam cuſto occupationem non acquiritur domir enim domini illius cuſtodiæ. 1212.

DOMITIUS qua pœna punierit militem quemdam deprehenſum in adulterio cum hoſpitis uxore. XXIX. 1051.

DOMUS Electa, Prima, Secunda. VIII. 746. Vide Templum.

Domus ardoris quæ eſſet. VIII. 820. Vide Conclave.

Domum ad ſimilitudinem היכל Templi ædificare ſibi Hebræis non licet. VIII. 854.

Domus incendii deſcribitur. IX. 86. 1009. 1015.

Conclavia ejus quatuor. 1018.

Domus ſecunda non habebat Mare, baſes, & labra. 224.

Domus Abtines & Nitzotz deſcribuntur. 1009.

Sacerdotes pueri ibi רובים cuſtodes erant. 1011.

Domus ſeculorum Templum ſignificat, quod in perpetua ſecula duraturam Judæi putabant, ad Tabernaculi differentiam. XI. 666. XVI. 550.

Domus Dedicatio quomodo fieret. XII. 1096.

Domus lepra perpenditur. XIV. 1184.

Domus foci ubi perpetuus ignis alebatur, ubi ſita fuerit. II. 452.

Domus nova non patens quaquaverſum cubitos quatuor, libera erat a Lorica, a Mezuza, & a Commixtionibus Sabbathinis. XV. 776. Vide hos tres articulos.

Domum ſocii nemo ingrediebatur, niſi ſocius dixiſſet, *ingredere*. 1004.

Si quis ſanctificet domum intra urbem cintam muro, ſtatim poterit eam redimere, & etiam ad annum quinquageſimum. XIX. 1462.

Idem dic de domibus villarum. *ib.*

Si eas redimat alius, illæ revertuntur ad dominos anno Jubilæi. *ib.*

Domus ædificata in muris urbium, reputabatur ut ædificata extra urbem. 1464.

Domus venditæ, ſive etiam oppignoratæ, anno Jubilæi reſtituebantur dominis ſuis. XXIX. 519.

Domus foci erat in Templo ſecundo ad ſeptemtrionem Atrii Sacerdotum. 289.

Habebat domus hæc conclavia ſua quatuor in quatuor angulis. *ib.*

militia. 322.

Domum vendens, & antequam eam emtori tradat, in illam res congerens, cenſetur & illas res vendidiſſe. 426.

De venditione domus per exciſionem. Vide Exciſio.

Domus duæ erant in ſingulis Synagogis: altera dicebatur Domus libri pro Scriptura, altera pro Miſna. 1008.

Lex Cornelia de domo vi introita. 1488.

Lege Julia tenebantur graſſatores domorum per homines armatos. *ib.*

D O N

DONA dicuntur omnes res ſacræ, a dando ſive offerendo ſic appellatæ. XI. 834. Vide Judæi.

DONARIA cedebant Sacerdotibus pro alimentis. XIII. 1055.

Quot eſſent hujuſmodi donaria. 1122.

Quænam cederent Levitis. 1147.

Donaria Regum in Pronao aſſervabantur. II. 460. Vide Lychnus. Candelabrum. Helena.

DONATIO viri eſt donatio. XX. 702.

Donatio mulieris non eſt donatio. *ib.*

Neque donatio minorennis. *ib.*

Δόναξ. XXXII. 921. Vide Inſtrumenta.

DONEC עד particula, quid ſæpe valeat in Sacra Scriptura. XII. 670.

D O R

DORÆ urbis diligens deſcriptio. VI. 706.

DORMIRE quo loco Judæis interdictum ſit. VIII. 854.

Dormire a prandio *Meridiare* dicebant veteres. XXXIII. 212.

Δῶρον pro menſura. IX. 1124. Vide Palmus.

DOROTHEI epiſcopi Tyri nomine libellus prodiit, ſed nullius eſſe debet auctoritatis. VI. 718.

DOS

Num eadem dos daretur virginibus compreſſæ, & ſeductæ. 837.
Dos filiæ repudiatæ, erat patris. 842.
Vel etiam viduæ factæ. *ib.*
Alii Rabbini aliter tamen ſentiunt. *ib.*
Lites de dotibus judicabantur a Synedrio trium virorum. 854.
Dos eſt ex verbis ſcribarum. 868.
Aſſignatio alicujus boni, quod non æquivalet viginti denariis, non eſt dos. 870.
Septem denarii ſingulis hebdomadibus ſubtrahuntur a dote uxoris rebellantis in maritum. 874.
Dos non dabatur concubinæ. 880.
Eamdem dotem, quam habuit ſoror prima, debent & ceteræ habere ſorores. 898.
Pro dote in nummis poſſunt aſſignari bona immobilia. 902.
Doti mulieris omnia bona mariti ſunt oppignorata. 930.
Dotis inſtrumentum poſt libellum repudii lacerabatur. 938. Vide Divortium.
Dos a marito non eſt ſolvenda, ſi mulier ante nuptias moriatur. 940.
Dos vel ab heredibus, vel a tutoribus non debet viduæ ſolvi, niſi cum juramento. 944.
Si fuerint duo libelli repudii, & duo contractus dotales, duæ dotes ſolvendæ ſunt. *ib.*
Quibus uxoribus daretur dos. 916.
Pacta dotalia leguntur alta voce & clare die deſponſationis, ſaltem duobus teſtibus præſentibus. 1081.
Apponitur formula. *ib.*
DOSITHÆORUM hæreſis etſi cum Sadducæa preſſius conveniat; mortuorum tamen reſurrectionem admittebat, ſperabatque. III. 123.
DOSITHÆUS, ſive Doſthai, Samarithanorum pſeudoapoſtolus. V. 1140.
Doſithæus duplex exſtitit: unus ante Chriſtum; alter Apoſtolorum temporibus. III. 126.

genus velociſſimum. xxix. 230. Vide Camelus.
Dromades apud Arabas pluribus vocantur nominibus. *ibid.*
DRUIDÆ ſacerdotes Galli, qui veſcebantur carnibus hominum Diis immolatorum. xxiii. 917.
Eos abrogavit Tiberius Cæſar. *ib.*
Druidæ credebant Hiberniam Beatorum inſulam. xxxi. 276.
Hanc opinionem acceperunt ab Ægypto. *ib.*
DRUSIUS, Johannes, junior carmen Hebræum ſcripſit de obitu Theodori Bezæ Vezelii. xxxi. 79.
Et aliud in mortem Joſephi Scaligeri. 85.
Δρυμός, eſt Saronitica regio. vi. 178.
Dubia eſt ſeparatio facta a ſurdo. 138.
Octans octaniis offertur ſacerdoti in ſeparatione decimæ rei dubiæ. 200.
Omne dubium reprobat ſeparationem. xx. 858.
Et reprobat profana. *ib.*
DUELLUM eſt certamen ſingulare duorum. xxvii. 276.
Dicitus Græce Monumachia. *ib.*
Tale fuit prælium a David cum Goliath initum. *ibidem.*
DUODECIM Patriarchæ ubi ſepulti tradantur. xxxiii. 562.
DUODECIMA anni pars appellatur menſis. xxviii. 649.
DUPLEX cur Rationale fuerit ſummi Pontificis Hebræorum. xii. 800.
DUPONDIUS, nummus valens duos aſſes. xxviii. 24.
Dicitur etiam Dipondius. Vide As. Dipondius.
DURASIN tres faciebant obolum unum. xxx. 1392.
DURATIO Tempti utriuſque quanta fuerit. xii. 9.

EB

plicantur. *ib.*

Ebertus, Theodorus, confutatur. 907.

EBION Legem Moſaicam, atque Judæorum & Samaritanorum ſuperſtitiones miſcuit cum Evangelio. XXII. 713.

Æternam Chriſti Deitatem negavit. *ib.*

Et miraculoſam ex Virgine Maria nativitatem. *ibidem.*

Ita omnes Patres Ebionitarum hæreſim deſcribunt. 715.

EBIONITÆ derivantur ab Ebione אביון, quæ vos lingua Hebraica ſignificat pauperem, egenum. *ibidem.*

Ita Origenes, Ebionæi dicuntur quicumque ex Judæis Jeſum pro Chriſto receperunt. *ib.*

Electione igitur volentes eſſe pauperes vendebant bona ſua, & ad Apoſtolorum pedes pretia projiciebant. 717. 721.

Appellantur ab Apoſtolo Pauperes Sanctorum. 718.

Non igitur ab aliquo Ebione, qui fuerit Hæreſiarcha derivari videantur Ebionitæ. *ib.*

Ita fuerunt pauperes de Lugduno, ſed perverſis imbuti opinionibus. *ib.*

Cum Ebionitæ nati ex Judæis ſe legi Moſaicæ ſubmitterent, excommunicabantur. *ib.*

Appellabantur a converſis ab Ethniciſmo ἰȣδαΐζοντες Judaizantes. 719.

Vel etiam Semijudaizantes. *ib.*

Hinc factum eſt, ut nomen paupertatis, quod erat conditionis & electionis, translatum fuerit ad ludibrium, & adverſionem. *ib.*

Dicti fuerunt etiam paupers ſpiritu, mentis inopes, hæretici. 720.

Hinc poſteriores Patres audientes Ebionitas dictos hæreticos, putaverunt fuiſſe quemdam Ebionem dictum, qui male ſenſerit de Chriſto. 721.

Poſſunt ergo Ebionitæ conſiderari tamquam Nazaræi. 724. Vide Nazaræus.

Thalmud illud in claſſe hagiographorum comprehendit. 247.
Et multa ejuſdem libi loca in Ghemara citantur. *ib.*
Eccleſiaſticus, liber Salomonis, debet referri ad poeſin didacticam. XXXI. 437.
Eccleſiaſtici caput decimum quartum, in verſus Hebraicos redactum. 440.
ECLIPSIN Solis & Lunæ pro malo omine habebant Judæi. XIV. 14.
Eclipſim paſſa Luna crepitaculis a veteribus revocabatur. XXXII. 1057.
Eclipſis ſolis prædicit malum nationibus omnibus. XVIII. 380.
Eclipſis lunæ prædicit malum oſoribus Hebræorum. *ib.*
ECLOGÆ Latinorum poemata, unde dictæ fuerint. XXXI. 485.
Dicuntur etiam Silvæ. *ib.*

E D

EDEN quam varie accipiatur ab interpretibus. VII. 510.
Duplex eſt. *614.*
Ubi ſita Paradiſiaca fuerit. *630.*
Locum omnino notat. 708.
Eden hortus, ubi a Rabbinis collocantur juſti. XVI. 1236.
Prope ponitur Gehenna, ubi cruciantur impii. *ibidem.*
Hæc loca Deus Moyſi morituro oſtendiſſe dicitur. *ib.*
In Eden horto fuit Adamus innocens. XXIX. 255.
EDOM אדום Europa & Roma Hebræis dicitur. VII. 29.
Edom an ſit Erythra rex. 478.
Ætate non conveniunt. 484.
Edom reges eur a Moyſe recenſeantur. I. 185.
Edom appellant Judæi Romanum Imperium. IV. 158.

E I

EIRESITNE εἰρεσιώνη, eſt ramus qui ponebatur ab Athenienſibus præ foribus. XXX. 1268.
Aliquæ opiniones adducuntur, quare hic ramus poneretur. *ib.*
Quidam putant eum fuiſſe poſitum, quia credebant ab ea domo, in cujus porta erat hic ramus, pericula averruncari. 1269.
Ramus hic erat dedicatus Apollini, qua medicus. *ib.*
Illum geſtabant Athenienſes menſe πυανεψιῶνι Septembre vel Octobre. *ib.*

E L A

ELAD, & Medad ob humilitatem remanentes in caſtris, in electione ſeptuaginta ſeniorum, prophetaverunt in caſtris. XV. 204. XXI. 494.
ELÆI quovis menſe ſacrificabant Diis ſuis cum melle. XXIX. 254.
ELÆOMALI in Syria & Palæſtina oleum naſcebatur ex olivetis. XXIX. 49.
ELATIO funeris integro capite deſcribitur. XXXIII. 591.
ELATI mortui luctus. XXXIII. 52. Vide Luctus.
Elata manu ביד רמה *peccaſſe*, flagitium eſt graviſſimum perpetrare. I. 538.

E L E

ELEAZAR, in eo initia Pontificalis ſucceſſionis figenda ſunt. XII. 223. XIII. 835.
Eleazaro Phinees in pontificatum ſucceſſit. XIII. 836.
Eleazar filius Aharon vaccam rufam primus immolavit. XV. 318. Vide Vacca.
Veſtitur a Moyſe veſtibus Aharonis patris. XVI. 542.
ELEAZARUS, quod commovit Hircanum regem, ut deponeret ſacerdotium, vivus comburitur. XXII. 380.

¶ Elea-

Eleemoſynarum diſtributio tempore captivitatis commiſſa fuit rectori Academiæ. 394.
Eleemoſyna debet conjungi cum precibus. 402.
Eleemoſynarum diſtributio ad collectores pertinebat. 403.
Eleemoſynam Iſraelita accipere non poterat ab Gentili, niſi clanculum, ſi tamen iſtud effici poterat. XXVII. 1232.
ELEGIÆ Hebraicæ origo, & forma. XXXI. 411.
Elegia eſt genus poematis, quæ omnes effectus comprehendit. *ib.*
Apud Hebræos hujus carminis origo derivari poteſt ex næniis, quibus Hebræi ſuorum funera comitabantur. *ib.*
Quædam harum Næniarum afferuntur. 412.
Vide Threni.
Quædam Elegiæ ſunt etiam apud Ezechielem prophetam. 421.
Et lamentationes Jobi veræ Elegiæ dici poſſunt. 422.
Elegiæ ſunt quidam Pſalmi. 423.
Elegia perfectiſſima eſt Pſalmus quadrageſimus ſecundus. 423.
Translatus fuit in verſus elegiacos Latinos. *ibidem*.
Elegia eſt lamentatio Davidis in Saulem & Jonathanem mortuos. 425.
Examinatur afferturque locus. *ib.*
Eam habes in verſus Latinos redactam ab Lovvtho. 427.
Elegiaci carminis & ſenſus animi, & Veneres explicare. 429.
Ελελεῦ, ἰοῦ, ἰοῦ. Eleleu, iu, iu, vox lætitiæ prolata a Græcis inter bibendum. XXX. 1272.
Ελελεῦ, ἐλελίζειν, ἀλαλάζειν, ὀλολύζειν ἀλαλαγμὸς &c. quid ſint, & unde deriventur. XXVII. 286.
הילל celeuſmate derivari dicuntur. XXXII. 212.

E L O

ELOHIM אלהים, nomen datum Deo, quod Schacchus explicat Imperatorem. xxiv. 105.
Illud attributum vult Deo, quod profeſſus ſe fuerit Imperatorem populi adverſus Chananæos. *ib.*
Hæc opinio a Friderico Michaele refellitur. *ibidem*.
אלהים eſt nomen dignitatis internæ, non externæ. 112.
Hoc nomen adeo eſt proprium Dei, ut illi competeret, etiamſi non profeſſus eſſet ſe Imperatorem ad illud bellum. 114.
Nomen אלהים datur Moyſi, Idolis Labani, & Angelis. 116.
Sed iis fuit datum per abuſionem, diabolo obſtetricante, quia res illæ aliquid præcellens habebant, unde hoc nomen aliquo modo conveniret. 118.
Ex radice אלה, quæ denotat fortem, potentem, bellicoſum, quæque etiam ſignificat jurare, arguit pro ſua ſententia Scacchus. 120.
Michael reſpondet id evinci non poſſe ex radice illa. 121.
Affert ipſe alias hujus vocis radices, & diſtinguit quæ nomina ſint propria, quæve appellativa. *ib.*
Ex Deuteronomii verbis: *Jehovam elegiſti hodie, ut ſit tibi Elohim*, ducit alterum argumentum Scacchus. 123.
Quod Michael confutat, afferens ad citatum locum interpretationes Rabbinorum. 124.
Deus teſtatur ſe futurum populo ſuo in אלהים, etiam cum Theocratia eſſe deſierat. 127.
Ergo hoc nomen non ſignificat Imperatorem. *ibidem*.
Argumentatur Scacchus: Imperatores ſeſe adſtringunt juramento militibus, & milites illis: atque hoc accidit inter Deum & populum, inter quos fuit ſancitum fœdus. 128.

nomen hæretici, vel potius nomen totius ſectæ commune. xxii. 738.
Docebat indiferentem eſſe rem negare Chriſtum. *ib.*
Ejus ſequaces appellati ſunt Elſeſæi. 739.
Voce Arabica hypocritæ, & ſimulatores dicuntur Elceſæi. *ib.*
Cum multi ob metum ſimularent, ſe non eſſe Chriſtianos; ab Ebionitis hi vocati ſunt Elceſæi. 740.
Origenes primus Elceſæorum mentionem facit. *ibidem*.
Neque tamen auctorem eorum nominat. *ib.*
¶ Ελυμοι αὐλοί, עלמות, tibiarum, ſive fiſtularum genus. xxxii. 502.

E M

Ημα̃, חמה, Sol. xxii. 46.
Εμβάφια, cujuſmodi vaſa fuerint exponitur. x. 919.
Eman Ezraita. xxxii. 375.
EMERE per æs & libram unde dictum fuerit. xxviii. 23.
EMETH vejatzibh אמת ויציב *Veriſſimum eſt atque probe conſtitutum*, oratio eſt quædam Judæorum ſolemnis, quæ exhibetur. ix. 909.
EMINENTIORIS loci ae dignitatis ſymbolum & קרן Cornu. x. 367. Vide Cornu.
Ημιώγιον quid ſit aliquando. xi. 785.
EMISSARIUS hircus quis. III. 286.
Græci ἀποπομπαῖον averruncatorem, ſive depulſorem malorum appellant. *ib.*
Quod enim Hebræis eſt עזאזל, illis eſt ἀποπομπαῖος. *ib.*
Rectius tamen verteretur *dimittendus* in deſertum. 289.
Emiſſarii hirci lingua coccinea, quadraginta annis ante excidium Templi albeſcere ceſſavit. 694.
Hæc Judæorum fabella refellitur. *ib.*

Vi-

Ejus origo & cauſa. *ib.*
Inſtitutionis eſt Eccleſiaſticæ, quemadmodum & פורים ſive feſtum ſortium. 300.
Encæniorum etymon, & ſolemnitas uberiori expoſitione declarantur. IV. 378.
Ejus ſunt quatuor genera. 479.
De quibus Encænis ſermo ſit apud Evangeliſtam. 383.
Encæniorum feſti origo ſecundum Judæorum placita. 1056.
Hodie dira in Chriſtianos imprecantur. 1062.
ENDOR villa. VI. 1038.
ENGADA, magnus vicus Arabiæ Sodomis vicinus. XXIX. 325.
Et Arabia Petræa. *ib.*
ENGADDI montes. VI. 1046.
In Engaddi colligebatur balſamum uſque ad Ramatha. XXIX. 55.
Arbores a quibus colligebatur balſamum in Engaddi, Salomon appellavit vineas. *ib.*
In Engaddi monte latuit David, quum ſibi inſidias ab Saul ſtrui videret. 313.
In circuitu ipſius, & in ipſo eſt vinea balſami. 313.
Ab Hebræis dicitur vicus En-ghedi, eſtque in agro Hiericuntino. 315.
Nominis Hebraica derivatio notatur. *ib.*
ENGANNIM, quis locus fuerit. V. 1108.
Εννεακαιδεκαετηρὶς, quid ſit. XVII. 54. Vide Cyclus.
ENNEASYLLABI carminis Hebraici exemplum. XXXI. 89. Vide Carmen.
ENNON oppidum. VI. 1042.
Ενταφιάζειν, ἐνταφιασμὸς quid proprie ſit exponitur. XIII. 475. XXXIII. 340. 597.
Εντυπώματα. XII. 793.

Epicuræi vocati ſunt ab Judæis Saducæi. XXII. 62.
Immo ſub Epicuræorum nomine apud Hebræos intelligebantur omnes Hæretici. 63.
Epicuræus habetur quiſquis contemnit diſciplinam ſapientis. XXII. 309.
EPIGONIOS harpa. XXXIII. 262.
Epigonion inſtrumentum, erat quadraginta Chordarum. 753.
EPIGRAMMA eſt carmen illud, quod continet pauciora diſticha, quam decem. XXXI. 77. Vide Carmen.
EPILEPTICI paroxiſmi diſlantur calido hiatu oris, & clamore. XXX. 1502.
Epileptici cujuſdam fit mentio in Evangelio. 1556.
Paraphraſtes Syrus vertit *Filium agrorum*, hoc eſt hominem agreſtem, qui ab ceterorum hominum conſortio ſeparat ſeſe. *ib.*
Epilepticus morbus dicitur etiam lunaticus. *ibidem*.
Quidam volunt eum ita dici, quia ſecundum varios lunæ aſpectus quoſdam invadit. *ib.*
Conceptos in interlunio hoc morbo vexari alii tradunt. *ib.*
Non curatur hic morbus in lunæ ortu. *ibidem*.
Quomodo curetur. *ib.*
Unde epileptici quædam futura prædicant. 1557.
Vocatur morbus hic Sacer, quia divinitus putatur immitti. *ib.*
Frequens erat apud Judæos. *ib.*
Imprecationum formulis lenitur. *ib.*
Contra Epilepticum morbum adhibetur ungula Aleis. 1558.
EPIPHANIUS refutatus in omnibus differtationibus de fictis Judæorum hæreſibus a Rhenferdio. XXII. 667.
Librum Sancti Epiphanii de ponderibus & menſuris, animadverſionibus auxit Dionyſius Petavius. XXVIII. 825. 871.
In hiſce animadverſionibus Petavius explicat, tuetur, vel etiam ſi opus ſit, refutat egregie Epiphanium. *ib.*
Gadarenſes. 742.
Gazæ. 760.
Hipporum. 786.
Joppenſes. 828.
Liviados. 836.
Lyddenſes. 840.
Petræ. 892.
Phœnus. 910.
Rhaphiæ. 926.
Samariæ, vel Sebaſtes. 942.
Scythopoleos. 954.
Sepphoris, ſive Diocæſareæ. 960.
Sichem, ſive Neapoleos. 966.
Sydonis. 970.
Sozuſæ in Palæſtina. 978.
Sycamazonos. 980.
Tyri. 1010. Vide Excerpta.
EPISPASMUS ἐπισπασμὸς, dicitur attractio pellis præputii ſuper glandem in viris jam circumciſis. XXII. 309. Vide Præputium.
EPISTOLA meridionalis auctore Maimonide. VIII. 698.
Item Reſurectionis mortuorum. *ib.*
Ad Sapientes Marſiliæ. *ib.*
Ad Lumen magnum. *ibid.* Vide indicem Auctorum.
Claudii Cæſaris ad Hebræos. XIII. 405.
Samaritanorum duæ ad Ludolfum. XXII. 649.
EPISTOMIA labri quot eſſent, & a quo aucta fuerint. IX. 226. XIII. 482.
EPITAPHIA nonnulla afferuntur. VII. 830.
Epitaphia in populo Dei quatenus locum habuerint. XXXIII. 141.
Epitaphium inſigne, elegans & aureum regis cujuſdam Galliæ. 348.
Epitaphia Hebræa. 516.
Adulterina quædam. 518.
Amaſiæ epitaphium. 519.
Eorum locus in ſepulcris, & argumenta. 702.
Curioſa quædam epigrammata afferuntur. 703.
Qui Epitaphia collegerint. 705.
Epitaphii Judaici forma vulgaris ex Buxtorſio. 1004.

De

EPULÆ emortuales illuſtrantur. XXXIII. 136. 277.
Quid de illis Maimonides. 139.
Epulæ emortuales apud Judæos duplices erant: Sepulcrales, & Domeſticæ. 277.
Item apud Gentiles. *ib.*
Tobiæ locus illuſtratur. 278.
Domeſticæ autem publicæ erant, vel privatæ. 279.
Ritus hujuſmodi ab Ethnicis ad Hebræos promanaſſe ſuſtinet Spencerus. 280.
Et publica quidem convivia ab Romanis illos hauſiſſe docet. 283.
Cibi epuli emortualis quinam fuerint. 290.
Vide Convivium, Funus, Cibus.

E Q

EQUITES inſtituti a Romulo fuere trecenti. XXVII. 172.
Hoſtilius Equites auxit. *ib.*
Et Tarquinius priſcus. *ib.*
Equites cataphracti dicebantur, ii, qui erant loricati, & equis ferro tectis inſidebant. *ib.*
EQUITATUS longe præſtantior peditatu, ubi res cito ſunt agendæ, & adhibenda vis. XXVII. 169.
Romani pluris equitatu faciebant peditatum. 171.
EQUORUM primogenita cur Deus non poſtulaverit. IV. 478.
Equorum multitudo regibus Hebræis vetita. XXIV. 561. 570.
Veniebant equi ex Ægypto, & ſinguli emebantur ſeſquicentenis argenteis a Salomone. 564. 572.
Equi caput ſymbolum nummorum Cartaginenſium. XXVIII. 1386.
Quia dum jaciebantur Carthaginis fundamenta, caput equi inventum eſt. *ib.*

Fuerunt juniores Pharisæis, quibus tamen erant poſteriores. 135.
Non ſunt iidem, qui Haſidæi. 141.
Eſſeni non erant Naziræi. 146.
Neque Phariſæi. 230.
Eſſeni non habitabant in tabernaculis. 148.
Dabant tamen operam agriculturæ. *ib.*
Eſſeni erant alii a Rechabitis. 149.
Neque erant Samaritæ. 158.
Eſſeni dicti ſunt etiam Cœlieolæ, quod ſub dio Deum adorabant. 161.
Non omnes Eſſeni appellati ſunt Sicarii, hoc eſt ſectatores Dei tantum, quique nollent alium dominum habere, niſi Deum. 162.
Namque nonnulli etiam Cæſarem pro domino habebant. *ib.*
Eſſeni non ſunt Monachi illi, de quibus ſcribit Philo. *ib.*
Ante cœnam ab Eſſenis cantabantur hymni. 168.
Tum apponebatur ſal cum hyſſopo. *ib.*
Vita fuerunt ſimiles primis Monachis Chriſtianis. 177.
Eſſeni ab Joſepho ſimiles perhibentur Pythagoræis. 179.
Sunt iidem, ac Ctiſtæ apud Strabonem. *ibidem.*
Fato adſcribebant omnia. 180.
Mutuo amore erant conjunctiſſimi. *ib.*
Celebrabantur pietate in Deum, & manſuetudine in homines. *ib.*
Continentes erant. 183.
Alii uxores ducebant. 184.
Alii erant cœlibes. *ib.*
Utrique tamen erant, ut ait Solinus, admirabili diſciplina. *ib.*
Divitias contemnebant. 186.
Et labore honeſtum faciebant lucrum. *ib.*
Omnia curabantur apud ipſos per quoſdam curatores. 187.
Nihil cognatis ſuis dare poterant ſine curatorum venia. *ib.*
Eorum tolerantia in adverſis celebratur ſumma. 187. 188.
Servos non habebant. 189.
Sibi invicem miniſtrabant. *ib.*
Eorum hoſpitalitas maxime celebrabatur ab omnibus. *ibid.*
Peregrinabantur ſine viatico. 193.
Sed cum armis ob latrones. *id.*
Mittebant dona ad Templum, ſed ibi non ſacrificabant, quia utebantur ſanctioribus ceremoniis. *ib.*
Veſtibus utebantur albi coloris. *ibid.*
Vivebant, quoad cultum corporis, tamquam pueri ſub magiſtro. *ibid.*
Quotidie ante ſolis ortum preces fundebant recitantes. 194.
Dimittebantur poſtea a curatoribus ad ſua quiſque opera. *ib.*
Hora quinta lavabantur frigida, ad exſtinguendam cupiditatem coeundi. *ib.*
Rurſus orabant. *ib.*
Rurſus lavabantur poſt orationem. *ib.*
Prandebant: appoſitumque edulium ſacerdos benedicebat. *ib.*
Deinde ad laborem ſuum revertebantur. 195.
Domum reverſi cœnabant quemadmodum prandere conſueverant, etiam una cum hoſpitibus ſi aderant. *ib.*
Silentium intra ædes ſervabant. *ib.*
Novitios non ſtatim in cœtum admittebant ſuum. *ibidem.*
Sed per annum integrum eos tyrones experiebantur. *ib.*
Poſtea docebant eos baptizare, ut aſſueſcerent eſſe ſancti. *ib.*
Biennio poſt introducebant eos in cœtum, ut jurarent ſe honoraturos Deum ſuper omnia. *ibidem.*
Eligendus in præſulem debebat jurare, ſe non ſuperbe imperaturum. 196.
Habebant quæſtores, & procuratores rerum ſuarum omnium. *ib.*
Cogebatur cœtus centum virorum ad expellendos reos. *ib.*
Violatores ſectæ ſuæ cibabant herbis amoris. *ibidem.*
Sunt & Eſſeni practici, ſive Cœnobitæ. 197.

Ple-

tationi. 204.
Quavis hebdomada, ſive ſeptima quaque die ſimul conveniunt. *ib.*
Dexteram inter barbam pectuſque habent, ſiniſtram applicatam lateri. *ib.*
Natu maximus diſſerit & peritiſſimus de dogmatibus ſectæ. *ib.*
Conveniunt & feminæ, quæ ſeparatæ ſunt a viris. 205.
Etiam in veſtibus modeſtiam præſeferunt. *ib.*
Poſt ſeptem hebdomadas conventus ſuos inſtaurant læti. 206.
Aſſident menſis etiam feminæ, plerumque anus, ſed & virgines. *ib.*
Feminæ tenent latus ſiniſtrum, viri dexterum in diſcubitu. *ib.*
In hujuſmodi convivio, quod celebratur quinquageſimo quoque die, miniſtrant ingenui diſcincti, & prolixis tunicis, ne videantur ſervi. 207.
Aqua limpidiſſima datur vel calida, vel frigida. *ib.*
Panis, ſal, & ad gratiam, apponitur hyſſopus. *ibidem.*
Proponuntur & ſolvuntur quæſtiones ex ſacris literis. *ib.*
Poſt cœnam eo die eſt pervigilium. 209.
Fiunt duo chori in medio cœnaculi, virorum unus, alter mulierum. *ib.*
Alternantes cantant hymnos in Dei laudem. *ibidem.*
Ubi aurora apparet ſibi fauſtum diem imprecantur, & quiſque in locum ſuum recedit. 210.
Aſſeritur contra Serarium Eſſenos, ſive Eſſæos non eſſe eoſdem ac Haſidæos. 271.
Nihil intereſt utrum hoc nomen ſcribatur cum adſpiratione, vel ſine illa. 272.
Duo genera Eſſenorum ita diſtinguuntur, ut alii ſint *μονόβιοι* ſive ſolitarie viventes. 274.

Et de Evangelio Matthæi. *ib.*
Evangelium Zabulone prius prædicatum eſt. VII. 908.
Evangelii per orbem terrarum univerſum prædicatio, ex Jacobæo vaticinio de Nephthali eruitur. 928.
Evangelia a virulento Lipmanno, in ſuo libro cui nomen fecit ניצחון *Victoria*, fœde impugnantur. IV. 764.
Evangelium dicitur a Divo Paulo evangelium, quia pacem annuntiat. XXIX. 726.
Matthæi in Evangelio dicitur Chriſtus juſſiſſe, ut Apoſtoli ſuos calceos portarent: ſed Marcus docet ſimpliciter, calceos Apoſtolis fuiſſe interdictos. Utriuſque conciliatio. 739. 889. 991.
Scilicet ne ferrent alios calceos, quam quos habebant in pedibus ſuis. 879. Vide Calceus, Diſcalceatio, Nudipedalia.

E U C

EUCHARISTIÆ pro conficiendo Sacramento, quanta diligentia olim triticum electum, atque elaboratum fuerit. X. 1048.
Euchariſtia in os defuncti olim injecta. XXXIII. 605.
Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumptio apud primævos Chriſtianos purgatio criminis erat. XXX. 1034.
Euchariſtia magni in nos Chriſti amoris eſt ſignum. 1116.
Poſt Euchariſtiam Chriſtiani primi agapas ſumebant. 1117. Vide Agapæ.
Ad Euchariſtiam acceſſuri in quibuſdam Eccleſiis lavabant pedes. 1333.
Euchariſtia ſtatim atque aliquis ægrotat, ad eum deferenda eſt ex Concilii Wormatienſis canone. 1497.
Chriſtiani olim ante quam ſumerent Euchariſtiam, ſeſe deoſculabantur. 1176.
EUCHARISTICUM Sacrificium, & placentæ ejus illuſtrantur. XIII. 1091.
Euchariſtici ſacrificii lex. XIV. 896.
Eunuchi non poſſunt uxorem ducere, quia eorum conjugium eſt inutile. XXX. 39.
Eunuchi uxor poterat cogi ad bibendas aquas amaras. 650.
Dummodo Eunuchus hic ſit vir. 654.
Eunuchi non fiunt leproſi. 1544.

E U P

EUPHRATES fluvius. VI. 1146.
An fuerit terminus Terræ Sanctæ. 1156.
Curſus ejus. VII. 528.
Nomen, & vis. 568.
Euphrates unde dictus. 568. 604. 624. 686.
Ad Euphratem quidam fuit, qui ut probaret ſe eſſe Meſſiam, affirmabat noctu ſe eſſe leproſum, & mane ſanari a lepra, fierique formoſum. XXIII. 1054.
Seduxit ille multos. *ib.*
Sed tandem extremo ſupplicio affectus periit. *ibidem*.
Et Iſraelitæ gravius ſunt afflicti. *ib.*
EUPOLEMI ſententia de Siclo reprehenditur. XXVIII. 272.

E U R

EURIPIDES Anaxagoræ & Socratis auditor fuit. XXXI. 170.
Apud ſuos Euripides philoſophi Scenici cognomento notus fuit. *ib.*
Theatralis ſcriptor fuit, unde illi Scenici nomen. *ib.*
EUROPÆ partes. VII. 28.
Edom ſæpe appellatur ab Hebræis. 29.
Unde nomen acceperit. 30.
Deſcriptio ejus. 74.
¶ Europa cur bove vecta dicatur. II. 196.
Europæ nomen an Phœnicium, vel Hebraicum exiſtimandum ſit. *ib.*
Quia Jupiter, ſeu Belus, ſub tauri figura erat in prora navis, quæ rapta fuit a piratis, anſam dedit fabulæ de raptu Europæ. XXIII. 218.

Eu-

756. XII. 219. XIII. 151.
Erant vel publica, vel privata. X. 179.
Quid ſint Excelſa. 261.
Ethnicorum uſus. *ib.*
Excelſa quatenus olim licita. X. 559. 571.
Quomodo intelligendum ea ab Aſa, & ab Joſaphat non fuiſſe deſtructa. 588.
In Excelſis etiam Ethnici ſacrificaſſe reperiuntur. 590.
Excelſum magnum, & parvum. XIII. 158.
Excelſorum uſus ſtante Tabernaculo. II. 352. 356. III. 187.
Excelſorum uſus non ſemper Idololatricus. III. 187.
Excelſorum ſacrificia aliquando licita, aliquando vero illicita. IV. 257. 266.
Quare ibi Gentiles, atque in lucis ſua ſacrificia peragerent. 266. 268.
Excelſa intelliguntur montes, ubi adorabatur ab Hebræis Deus, a Gentibus Idola. XV. 618.
Permiſſa fuere antequam populus veniſſet in Siloh: poſt Tabernaculi erectionem fuere interdicta. Venit populus in Nob & Gaba, ac rurſus fuere permiſſa. Venit in Hieruſalem, neque amplius permiſſa fuerunt Excelſa. XV. 620. XVI. 120. XIX. 84. 586.
Excelſa erant duo, magnum & parvum. In magno erat Cornu, ambitus, & baſis. XIX. 90.
Labrum & baſis erant in magno, non in parvo. *ib.*
Sed in utraque erat mactatio, & diſſectio. *ibidem*.
Excelſum parvum dicebatur etiam privatum. 626.
Pectus & crus victimæ ſervabantur in Excelſo magno, non item in parvo. *ib.*
EXCERPTA de tribus Palæſtinis. VI. 204.
Ex notitia dignitatum Imperii Romani. 218.

Si delinquens non reſipiſcebat, duplicabatur ad dies ſexaginta. *ib.*
Vel etiam iterum ad dies nonaginta. *ib.*
Quibus tranſactis incurrebat in ſecundam, qua privebatur omnino omni conſortio. *ib.*
Tertia Excommunicatio præter ſeparationem ab hominibus, habebat adjunctam exſecrationem, qua reus declarabatur exſecrabilis coram Deo, & hominibus. *ib.*
De gradibus excommunicationis apud Hebræos. XXVI. 331.
Excommunicationis נדוי dictæ antiquitas derivatur a quibuſdam ab uſque Caini temporibus. 333.
Excommunicatio ab Hebræis ſignificatur per Excidium animæ. 334. Vide Excidium.
Apud Chriſtianos intelligitur ſeparatio a cœtu fidelium. 336.
Primus gradus נדוי ſignificat remotionem, ſive elongationem. 336.
Ob quæ delicta נדוי infligeretur. 337.
Formula erat: *N. N. ſit in Excommunicatione.* 338.
Mortuus in Excommunicatione *n* lugebatur. 341.
Tempus נדוי erat mentis. XXVI. 338. XXVII. 1029.
Supplex ſi confugiebat, etiam citius a domo judicii abſolvebatur. XXVI. 342.
Alter Excommunicationis gradus חרם *Cherem* dicebatur. 343.
In ejus etymon inquiritur. *ib.*
Hac excommunicatione excommunicanbantur etiam urbes, & habebantur ut res Deo ſacræ. 344. Vide Anathema.
Res quæ huic ſuberant excommunicationi, cedebant Sacerdotibus. 345.
Differentiæ inter נדוי & חרם plures afferuntur. 346.
Terminus τȢ חרם non erat fixus. 350.
Tertius gradus erat שמתא *Sammata*. 352.
Ejus etymon anquiritur. *ib.*
Erat gravior quam flagellatio, exponiturque per deſolationem. 353.
aliqua numeri civilis, & legitimi hominum. *ibidem.*
Excommunicati tendentes ad montem, incedebant a latere ſiniſtro Sanctuarii. XXI. 547.
Dum quis erat excommunicatus, non ſe tondebat, nec lavabat. XXVI. 340.
Erat inſtar viri in luctu conſtituti. *ib.*
Non cenſebatur denario. *ib.*
Poterat tamen docere, & doceri; conducere, & conduci. *ib.*
Non poterat tamen converſari cum aliis hominibus. 341.
Excommunicatus, ſi erat præſens, ita abſolvebatur: eſto abſolutus. *ib.*
Si erat abſens, hoc modo: N. N. eſt abſolutus. *ib.*
Pejor erat conditio excommunicati per חרם, quam per נדוי. 349.
Sepulcrum mortui excommunicati lapidabatur. XXVII. 1028.
Formula abſolvendi excommunicatum. XXVII. 1029.
Excommunicati expellebantur a Synagoga, accepta non tamquam loco, ſed tamquam conventu. 1035. Vide Ἀποσυνάγωγος. Synagoga.
Excommunicatus poterat ingredi Templum, ibique orare. 1037.
Temere excommunicans, & ipſe erat excommunicatus. 1038.
Excommunicati, ſeu devoti, & anathemate petiti, occidi non poterant. 1042.
Hoſtes tamen voti in bello, quemadmodum cives jura militaria violantes, occidi utique poterant. *ib.*
Vide Samaritani. Ezras. Cuthæi.
EXCORIATIO victimarum ubi fieret. IX. 172. 873.
Et a quibus. 872.
Excoriatio in quibus victimis comedendis libere permiſſa. XIV. 892.
EXCUBIÆ Templi ubi agerentur. VIII. 873.

Digitized by Google

erant, hi quoque dimittebantur. xv. 744. xvi.
1006.
In fine exercitus collocabantur robuſti armati ſecuribus, quibus fugentibus excidebatur pectus. *ib.* Vide Bellum. Fecialis.
¶ EXHUMARI quam non ſepeliri longe eſt turpius. XXXIII. 591.

E X I

EXILIUM ob quæ crimina infligeretur. XXV. 316.
Exilium erat in urbibus Refugii. 318.
Exilium expiat dimidiam iniquitatem, 560.
Vide Aſylum. Civitas.
Ex ipſo ממנו *eſſe*, ſignificat non ſeorſim formari, & deinceps imponi: ſed ex ipſa rei materia educi, & continenti opere fieri. X. 381. XI. 918.

E X O

EXODUS ab Ægypto quo die, quove tempore contigerit. I. 571.
Exodus die Paſchæ contigit. XIV. 46.
Et feria quinta. 144. 286.
¶ Exodus liber quo nomine Hebraice & Græce vocetur. VIII. 2.
Quale ejus argumentum. 4.
Quis ſcriptor fuerit. *ib.*
Quæ ſcribendi neceſſitas. 6.
Quis ſcopus. *ib.*
Quis ſtilus. *ib.*
Totius libri œconomia. 8.
Analyſis eorum, quæ ibi continentur. 10.
Ratio œconomiæ. 14.
Οἱ ἔξω *externi*, apud Judæos quinam cenſeantur. V. 861. X. 912.
Quomodo ſe habeant. VI. 22.

imponebat, recitabatque appoſitam orationem. *ibidem*.
Manubria vaſorum miniſterii hujus diei fecit aurea Mombazus rex. *ib.*
Aligabat Sacerdos Emiſſario linguam coccineam ad caput, & ſiſtebat eum contra locum, unde erat emittendus: & ad juvencum ſuum reverſus ei iterum imponebat manus, & confitebatur. 268.
Mactabat eum, & excipiebat ſanguinem patera, quæ ponebatur ſuper ſcamno quarto in Sanctuario. 270. 278.
Tum prunis interioribus ſuper altari replebat thuribulum, quod hoc die erat aureum, & deponebat ſuper quartum ſcamnum. *ib.*
Thuribulum hujus diei continebat tres cabos. *ibidem*.
Strues aliis diebus erant quatuor, hodie vero quinque. *ib.*
Alii Rabbini contradicunt, volentes hodie fuiſſe tres, aliis diebus duas. *ib.* Vide Strues. Pyra. Focus. Ligna.
Pugillabat & placentam Sacerdos. 292. Vide Pugillatio.
In domo exteriori precabatur, cujus præcationis formula apponitur. 296.
Variæ afferuntur ſententiæ de incenſatione unde incipienda, de aſperſione ſanguinis quomodo facienda, variique caſus Rabbinice proponuntur. *ib.*
Miniſteria interiora hujus diei perficiebantur veſtibus albis. 312.
Exteriora aureis. *ib.*
Hirci debebant eſſe pares aſpectu, ſtatura, pretio, 314. 318.
Eodem die emebantur. *ib.*
Sacerdos imponebat utramque manum hirco emiſſario, orabat ſeu confitebatur ea formula, quæ affertur. *ib.*
Quiſque poterat hircum ducere. 316.

EXTREMITATIS ſymbolum קרן, Cornu. x. *367*.

E Z

EZECHIAS intercalationem fecit. VIII. *1092*.
Et alia inſuper quinque. 1100.
In ſigno dato Ezechiæ corpus Cœleſte nullam paſſum eſt mutationem. I. *466*.
Argumenta plurima afferuntur ad corporis cœleſtis immutationem ſtabiliendam. *467*,
Ezechias audiens ab Aſſyriis blaſphemari Dei nomen, ſcidit veſtimenta ſua. XXIX. 1044.
Ezechiæ regis curatio per ficus. XXX. 1548.
Ezechiæ morbum pleuritidem fuiſſe cenſet Petrus Hiſpanus, qui Pontifex creatus dictus fuit Johannes vigeſimus primus. *ib.*
Alii putant fuiſſe peſtilentiam, contra quam valent ficus. *ib.*
Bartholinus putat fuiſſe anginam, cui etiam ficus conferunt. *ib.*
EZECHIELIS Prophetæ patria. V. *946*.
Sepulcrum. 1184.
Viſio cur dicta מרכבה Currus. VIII. 560.
Ezechiel de Templo myſtice intelligendus. IX. 577. Vide Templum.
Templum ejus exemplar Domus Secundæ fuit. *607*.
Viſio ejus illuſtratur, & Symbolum exponitur. *768*.
De libro ejus Judæorum fabula. X. *190*.
Ezechiel prohibetur a Deo ſignum ullum triſtitiæ dare in uxoris ſuæ morte. XXIX. *940*.
Ezechiel propheta annumerandus potius eſt inter oratores, quam poetas. XXXI. *389*.
Elegantia multo eſt inferior Jeremia. 403.
Sublimitate Iſaiæ par, ſed in genere diſſimillimo. *ib.*
Ejus character. *ib.*
Cum conſilio magno fecit [illegible], & plura [illegible]tuit pro Dei cultu. 1102. Vide Maſora.
Viriliter reſtitit Saducæorum hæreſi. *ib.*
Conſtituit interpretem, qui verſiculatim legeret ex textu Hebræo, cujus linguæ populus jam factus fuerat ignarus. 1103.
Reſtituit ſi non ceremonias anni Jubilatici, ſaltem annum quinquageſimum ad faciliorem obſervationem Sabbathicorum. *ib.*
Vixit uſque ad annum, quo Magnus Alexander venit Hieroſolymam. *ib.*
Obiit decima die Thebet, ſive lunationis Decembris. *ib.*
Perierunt eodem anno Haggæus, Zacharias, & Malachias cum prophetia. 1104.
Dicitur Ezras literas Hebraicas mutaſſe. XXVIII. 538. *759*. *969*. 1041. 1045. *1061*. 1420.
Hoc num verum ſit examinatur. 540. 708.
Ezram inveniſſe eas literas, quibus Hebræa Scriptura exarata eſt, teſtantur, plurimi auctores magni nominis. *970*.
Ezra immutare literas non potuit. *980*. *992*.
Ezras haſce literas per manus a majoribus ſuis accepit. *983*.
Ezras aliquas mutationes circa quinque finales literas facere potuit, ait Baronius. *993*.
Ezræ non permiſſent Judæi ſcripturam immutare. 1002.
Neque illi hoc facere licuiſſet. 1003. *1069*.
Ezras excommunicavit Sammaritanos. 1030. Vide Lingua, Litteræ.
Ezras comparatur Joſuæ. XXX. *460*.
Ezræ libris nihil inhornatius. XXXI. 142.
In libris juſſu Ezræ exſcriptis a librariis, omiſſæ ſunt ſex genealogiæ. 1015.
Ezras ab omnibus creditur Pſalmorum collector. 1080.

FA-

Fabulæ ſoli ſeſe immergentis in Oceanum, auroræ, ventorumque ſibi alas aptantium, adhibitæ a Poetis Hebræis. XXXI. 265.
Fabula celeritatis currus Jovis. 267.
Temporis aurei tantopere ab Latinis celebrati. 268.
Inſularum Beatorum. 271.
Et Locorum Inferorum. *ib.*
Fabula eſt actionis imitatio, ſive geſtarum rerum compoſitio. 560.
Fabulæ ſunt duum generum: aliæ enim ſunt implexæ, aliæ ſimplices. *ib.*
Fabulæ Græcorum ortum habent ab Hebræis. 888.

F A C

FACIES panum Propoſitionis. IX. 302.
Facies פנים πρόσωπον, ſæpe Perſonam ſignificat. X. 93.
Panes Propoſitionis cur dicti fuerint לחם פנים *Panes facierum*. 1075.
